









1728.

1. Beckius, Joh. Laurantius: De resignatione, evulsione
et turbatione sigillorum. Von eroffneten, abgerissa-
nen und zerbrochenen Siegeln. 2 Bunde.
2. Sedell, Franciscus Christoph: De conservatione
et reparatione viarum publicarum. Von Unterhal-
tung gemeiner Wege und Straßen.
3. Dedell, Joh. Sebastian Josephus: De protectione mae-
riorum Vom Kirchwey-Schutz.
4. Fickius, Jo. Georgius: Ficticia eruditionis apud
Romanos.
5. Invaergerus, Martinus: Causas in foro Norimber-
gensis non appellabiles privilegatas... exhibet
6. Heunisch, Georg Christoph: De executione sententiarum
contra tertium.

7. Hildebrandus, Henricus: De usu et non usu juris circa
feudum domini extensis. Vom Gebrauch verhaubener
Rechte wegen Lehenverl. Fehlers.
8. Huettel, Johann Gottlieb: De permission in jure circa
actus et negotia quaedam patententia
9. Koelerus, Jo. David: De castro imperii forestae;
Brunn.
- 10^{et} Koelerus, Jo. David: De ortu et progressu nobilitatis
charitativi imperatori augustissimo ab ordine
equestri S. R. I. libero ac immediato in necessi-
tatis publicis praestiti 2 Buech.
11. Mercklinus, Syllivus Andreas: De plagio militari
12. Schwarziger, Christianus Gottlieb: De die claustris
13. Wiler, Marcus Christophorus: De jure intermedii
Vom Recht der Mitten.

14. Waefer, Trauer : De eo quod iustum est et eo
preiudicia judicialia



23
Pub 12. Br 12.
1728.2 3
FAVENTE
SVPREMO NVMINE,
CVIVS PRAESIDIO VNICE SVFFVLTVS
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM JVRIDICAM

DE
CONSERVATIONE
ET
REPARATIONE VIARVM
PVBLICARVM

von Unterhaltung gemeiner Wege
und Straßen

EX DECRETO ET AVTHORITATE
MAGNIFICI

P. 140.
ICTORVM ORDINIS
IN CELEBERRIMA NORIMBERGENSIVM VNIVERSITATE
PRO LICENTIA
SVPREMOS IN VTROQVE JVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
SOLENNITER CONSEQVENDI
PVBLICAE DISQVISIONI EXPONET
FRANCISCVS CHRISTOPH. DEDELL

KAPFENBVRGENSIS
D. XVI. DECEMBR. ANNO MDCCXXVIII.

SVOBACI

Sumptibus JOHANNIS JACOBI ENDERESII.

Revisa Anno 1743.





REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO
DOMINO

DOMINO

CAROLO HENRICO

L. B. DE HORNSTEIN,
ARCHI-COMMENDATORI BALLIVIAE FRAN-
CONICAE, COMMENDATORI IN ELLINGEN
ET WVRTZBURG, INCLYTI ORDINIS TEVTO-
NICI EQVITI, NEC NON REVERENDISSIMI AC
SERENISSIMI ELECTORIS TREVIRENSIS DO-
MINI DOMINI SVPREMI MAGISTRI ALTE
DICTI ORDINIS CONSILIARIO
INTIMO ETC. ETC.

DOMINO DOMINO

MEO PERQVAM GRATIOSO.

CAROLO FRANKO

LE DEUXIEME

ANNEE

COMPTA

ET

RENT

DE

INT

TOMINO BONDI

DES



REVERENDISSIMÉ ET ILLVSTRISSIMÉ
DOMINE,
DOMINE PERQVAM GRATIOSE.

Differtationem hanc inauguralem, de CONSERVATIONE ET REPARATIONE VIARVM PVB-
LICARVM, excelsò adeò, propriâque ac æternâ Ma-
jorum gloriâ ILLVSTRISSIMO NOMINI TVO
consecrare præfumo, REVERENDISSIME AC ILLV-
STRISSIME DOMINE, quæ licet exigua sit, TANTO-
QVE, NOMINI longè impar, devotissimum tamen submis-
sissimæ mentis meæ affectum testatur, atque ob oculos ponit in-
tuenti. Neque ea ab alio nitorem quærit ac lucem, quàm à
REVERENDISSIMA AC ILLVSTRISSIMA DO-
MINATIONE TVA, à qua scientiarum, virtutum, gratia-
rumque facile omnium sydus purissimum lætissimo jubare affulget,
adeò, ut meritò Inclyti Ordinis Teutonici Equites Fratres virtu-

tum fulgentissimarum TE admirentur exemplum, subditorum
singulorum amor Patrem deprædicet, nec non universa Ballivia
Franconica de ILLVSTRISSIMO RECTORE SVO
PROVINCIALI venerabunda sibi gratuletur. Cui venera-
tioni & mea Dissertatio gratulabunda gestit accedere. Suscipe
igitur, REVERENDISSIME AC ILLVSTRISSIME
DOMINE, exiguum hoc, & studii mei Juridici qualecunque
specimen, atque huic meæ audaciæ, dicam, an submississimæ po-
tius confidentiæ, perquam gratiosè ignosce. Pariter quoque me
ipsum eâ GRATIA dignare imposterum, quâ hactenus meum
non modò parentem, sed & omnes dignatus es omnibus gratio-
sus. Ego DEVM Ter Optimum Maximum pro incolumitate ac
felicissimo ad longævos annos regimine TVO indefessis implo-
rare precibus non desinam, perpetuò futurus

REVERENDISSIMAE, ILLVSTRISSIMAE ET
PERQVAM GRATIOSAE
DOMINATIONIS TVAE

Subj&issimus & devotissimus

FRANCISCVS CHRISTOPHORVS DEDELL.

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE
CONSERVATIONE
ET REPARATIONE VIA-
RUM PUBLICARUM

Von
Unterhaltung gemeiner Wege
und Straßen.

§. I.

DE conservatione & reparatione viarum publicarum acturo mihi non incongruum esse videtur, si brevissime, antequam reliqua aggrediar, vocabulum viae examinem, siquidem juri operam daturus prius sciat, unde nomen juris deducatur, *L. 1. ff. de J. & J. L. 1. pr. ff. de R. J.* Viam autem Varro *L. 1. de Re rust. §. Lib. 4. de* Via Etymologia. *Lingu. lat.* à vehendo dictam esse, quasi veham, quod vehendo teratur, scribit, continuo enim vehiculi ductu via efficitur. vid. Cujac. *in Recit. solemn. ad L. 13. ff. de Servit. in fin.* Gothofred. *in not. ad L. 1. verb. via. ff. de S. P. R.* Joh. Calvini *Lex. Jur. in voce via.* Explicata autem hac, transitum facio ad homonymiam, quæ similiter non ita late patet. Sumitur autem (1.) pro ratione seu modo: ut Jctus Paul. *Si coactus hereditatem repudiem, duplici via prætor mihi succurrit. L. 21. §. Si coactus. 6. ff. quod*

quod met. caus. (2.) Servitutum denotat, L. 1. ff. de S. P. R. pr. l. eod. L. 2. §. 23. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. (3.) in-
 nuit viam omnibus communem per agros ad vicum ducentem
 d. l. 2. §. 22. eod. L. 3. ff. de loc. & itin. publ. (4.) accipitur
 Synonymia. pro via regali sive publica, d. l. 2. §. 22. circa synonymiam ni-
 hil fere monendum venit, nisi quod Germanis via dicatur, ein
 Weg, item Fahr: Weg, Fahr: Strasse, Fahr: Strate, quasi
 strata, id est, via.

II.

Via divisio. Dividitur via (vocabulo generalius sumpto, cum etiam
 in specie pro via publica accipiatur. Martin. in Lexic. etymol.
 voc. Via.) in privatam & publicam d. l. 2. §. 22. ff. ne quid in
 loc. publ. vel. itin. Privata viæ iterum dupliciter sumuntur, vel
 proprie pro iis, quæ jure servitutis, agris impositæ sunt alienis,
 quod ad agrum alterius ducant, L. 2. §. 21. & 23. ff. ne quid
 in loc. publ. vel. improprie eas denotantes, quæ ex publica
 via in agros vel sylvas quidem ducunt, sed per quas omnibus
 commeare licitum, dicuntur vulgo agrariæ, Holz: Wege,
 Feld: Wege; in urbibus vero privat. Durchgänge vocantur.
 Quo publica. Publicæ viæ sunt, quæ exitum habent vel ad mare, vel in ur-
 bem, vel in flumina publica, vel ad aliam viam militarem L.
 ult. §. 1. ff. de Loc. & itin. publ. Et hæ viæ nomina apud
 diversos fortitæ sunt diversissima, a Germanis appellantur
 Land: oder Heer: Strassen, id est tam amplæ & patulæ, ut
 integer exercitus, ein Kriegs: Heer, erectis hastis & vexillis
 per eas incedere & commeare possit, quibusdam in locis Hei-
 den: Strassen, ab ethnicis seu paganis, a quibus vias milita-
 res ante Christum natum stratas vulgus credidit, teste Miræo
 in Codice donat. fol. 87. vocantur etiam Gelaid: Strassen,
 freye, offene, gemeine Strassen, quasi publicæ patentis, & in-
 terdum, ut intelligantur esse regiæ, Kayserliche, item des H.
 Röm.

Röm. Reichs Strassen und Baanen. Befold. *Theſ. Pract. voc. Landſtraſſe*. Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 2. n. 9.* ubi obiter notandum, vocem Bannum, in illa ſignificatione, qua notat **des Reichs Bann und Acht**, a quibusdam ex voce Baan, qua via publica, vel territorium notatur, deduci, quod bannitiſ hac viâ uti non liceat, vel quod banniti amittant bannum Imperij, h. e. territorium ſeu viam publicam & regiam, i. e. facultatem & rerum communium æqualem omnibus conſeſſum uſum, daß ſie **des Heil. Reichs Baan und Straffen nicht ge brauchen dürfen**. Joh. Sichard. *ad L. 1. n. 14. C. de hered. inſtit.* dicuntur etiam viæ publicæ, in Jure Romano (1.) *baſtica*, h. e. regię ſive regales. *L. 2. §. viarum. ff. ne quid in loc. publ.* quod forte non ad alium quam ad regem vel principem pertineant. Manz. *de Servit. tit. 3. qu. 20. n. 101.* (2.) *prætoria*, quamvis prætoria via proprie dicatur, quæ in caſtris ad prætorium ducit, quæ, cum certis finibus definita fuerit, teſte Higeno *de limit. conſtit.* appellatio iſta ad omnem viam publicam, quæ juſtam latitudinem habet, tracta videtur. Vel etiam prætorię dicuntur, quod per eas prætores exercitum ducere conſueverint; qua ratione etiam (3.) *conſulares*, *d. l. 2. §. 22.* (quarum viginti novem Romæ celebres fuiſſe, ex historiis Pancirollus *de Regionib. urbis Romæ*, tradit) & (4.) *militares*, *L. 3. §. 1. de loc. & itin. publ.* nuncupatæ, ob alias denique conditiones & qualitates adjacentes, apud melioris notæ auctores via publica dicitur via ordinaria, communis, vulgaris, privilegiata, equeſtris, aperta, celebris, receptitia, illuſtris, frequentata, inoffenſa pulverulenta, patens, eximia, uti ex Tabœtio tradit Andr. Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. cap. 5.* Virgilio & Lucretio Poëtis via publica dicitur *viarum*, poſteriori autem ſæculo ſimpliciter *ſtrata* nuncupata eſt, unde Italicum *Strada*; & noſtrum **Straffe**, non improbabiler dictum putat Nicol. Henel.

Via vicinalis
quo ducat &
quorsum re-
feratur.

nel. *Orti sui Vratisl. cap. 4. vid. omnino Fritsch. de Regal. viar. publ. Jur. c. 1. à n. 6. usque ad 12.* Ab utrisque his privatis & publicis separantur viæ vicinales, quatenus non sunt omnimodo publicæ aut privatæ, sed earum nonnullæ sunt privatæ, aliquæ publicæ, & hæ (quæ etiam municipales vocantur) sunt, quæ in vicos, vel municipia aut ecclesias ducunt, *Stadt- und Dorff-Wege*, item *Kirchen-Wege*, aut sine ullo exitu intermoriuntur, *L. 3. §. 1. ff. de loc. & itin. publ.* quæ si ex collatione privatorum sunt constitutæ, in privatarum, *d. l. 2. §. 22.* quando vero factæ collationis memoria non extat, in publicarum sunt numero, *L. ult. pr. ff. de Loc. & itin. publ. Arumnaus de Jur. Majest. l. 3. c. 5. n. 1. vid. Schneidew. ad rubr. Inst. de S. R. P. n. 22. & seqq. & Befold. de Jur. rer. fol. 15.* licet etiam ex privatorum collatione reficiantur, non utique tamen ob id statim privatæ sunt, refectio enim idcirco de communi fit, quia usum utilitatemque communem habent, *d. l. 2. §. 22. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. Petr. Frid. Mindan. fr. de Interdict. tit. 3. n. 8.*

III.

Cum autem dissertatio mea de conservatione & reparatione viarum publicarum inscripta sit, facile patet, de secundi generis viis mihi nunc agendum esse, regis scilicet aut militaribus, quæ per excellentiam publicæ esse intelliguntur. Cumque in materia interdictorum viæ publicæ in rusticas dividantur & urbanas sive urbicas, atque illæ sæpe itinera appellari soleant *L. 1. ff. de Loc. & itin. publ. L. 1. ff. de Via publ. & itin. publ. ref.* non arbitror vias urbanas sub nomine prætoriarum aut regiarum unquam comprehensas fuisse, nec proinde ad regalia pertinere, etsi per ipsas urbes intermedias viatoribus quandoque ire necesse sit. Sic enim viæ militares exitum in urbes habere dicuntur *L. 3. §. 1. ff. de Loc.*

Via urbana
sub nomine
prætoriarum
aut regiarum
non com-
prehenduntur.

§ *itm. publ.* quod autem exitum habet in aliquem locum, per eum non continuatur, quemadmodum neque per mare, ad quod itidem exitum nonnullæ viæ militares habent, continuari eadem possunt, nec per flumen navigabile, nisi super ponte constructo. Atque sic via publica extra pagum vel civitatem esse intelligitur, & statim atque ingreditur pagum, definit esse via publica, Zanger. *de Except. part. 2. c. 1. num. 242.* quæ & ratio est, quod mensurationem viæ publicæ secundum milliaria, non a porta civitatis, sed a continentibus ædificiis incipere soleant. *Cæpol. de Servit. Rust. præd. c. 3. num. 15.*

IV.

Viam igitur publicam sive regalem, de qua hic dis- Descriptio
rendum, describo cum Ulpiano in *L. 2. §. 21. ff. ne quid in* viæ publicæ.
loc. publ. quod sit cujus solum publicum est, relictum ad dire-
ctum certis finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit,
ut ea publice iretur, commearetur. Requirit itaque Requiritur ad
viam regalem (1.) ut ejus solum sit publicum: non statim via regalem
enim via publica dicitur, quia ab omnibus per aliquem lo- ad solum
cum publice commeatur, & pro communi publicoque ejus publicum.
habetur usus: sed necessum insuper est, ne solum & proprie-
tas sit privatorum Schnobel. *D. Feud. 4. th. 9.* hoc ipso enim
discernitur a via privata, quod solum habeat publicum, cum
privata privatum. *L. 2. §. 21. ff. ne quid in loc. publ. § ibi*
Gotthofr. (2.) ut sint ad directum (nec non ad anfractum sive Certa lati-
flexum) certi fines latitudinis. Horum spatium olim ex tudo.
XII. tabb. in porrectum octo pedum erat, in anfractum sex-
decim *L. 8. L. 13. §. 2. § 3. ff. de S. P. R.* Pes autem
dicitur XV. digitorum secundum *Gl. in c. sicut. 17. qu. 4.*
add. *Cæpoll. de S. P. R. c. 3. n. 4.* hodie definitur latitudo
secundum consuetudinem vel statuta loci illius, qui debet
viam *L. 3. C. de ædific. priv.* quæ Statuta si nulla appareant,
B 2 tunc

Qu. Utrum
prohiberi
aut denegari
aliunde adve-
nienti exer-
citus transi-
tus queat? &
sub certis re-
strictionibus
defenditur.

tunc dominus civitatis, vel populus, vel eam regentes latitudinem definire possunt *L. 3. §. 4. ff. quod vi aut clam.* Jung. *Cæpoll. d. l. n. 6.* Cum autem in descriptione ab initio huius §. posita dictum est, via publica ideo construitur, ut ea publice iretur, commearetur, quæstio inde exurgit satis intricata, & plerumque armis magis, quam argumentis & rationibus enodata: *utrum prohiberi aut denegari aliunde adveniienti exercitui transitus queat?* affirmat id Ziegler. *de Jur. Majest. L. 2. c. 17. §. 29.* Ego vero negandum esse censeo per *L. fluminum 24. in pr. ff. de damn. infect. Nov. 130. Recept. Imper. de Anno 1542. §. es sollen auch.* Rec. Imp. *de Anno 1555. §. 100. wo sich aber über dis. Ord. Cam. p. 2. tit. 15. Limn. ad Capitul. Ferd. III. art. 29. verb. Durchzug.* Speidel. *in Spec. Jurid. vocab. cod.* Sed hoc non aliter procedit, quam si prius transeuns exercitus cautione de non offendendo securitati nostræ prospexerit, aut de indemnitate juxta legem aut consuetudinem caverit. Cavendi autem modi inter alios sunt, v. g. ut prius postuletur, quo transitus ille per milites inermes aut divisis manibus fiat, ut obsides dentur &c. *Grot. tr. de Jur. bell. & pac. L. 2. c. 2. §. 13.* Et de hac ratione Anno 1641. in comitiis Ratisbonensibus Statutum tuit, daß die Durchzüge sollen den ausschreibenden Fürsten, so viel die Kriegs-Actiones zugeben, und wo es ohne Feinds-Gefahr wird seyn können, beyzeiten notificiret, und darob gehalten werden, daß so viel möglich den Reichs-Satzungen in denen Fällen, von welchen dieselben erstberührter Durchzug halber eigentlich reden, nachgelebet werden. Item ist ausdrücklich verbotten worden, daß im Durchziehen wider der Kayserl. Majest. oder derselben Generals-Personen Ordonnanz, wann anderst die nothwendige Lebens-Mittel bey dem nächsten Weg vorzukommen, vorgehanden, einige Abweg nicht genommen, noch in Verschö-

nung

nung eines, der andere Stand beschwert, oder ruiniert werden solle. Sic etiam in Instrum. Pacis art. ult. §. quoties autem, nova & quidem hæc invenitur dispositio: Quoties autem milites quavis occasione aut quocunque tempore, per aliorum territoria & fines aliquis ducere velit, transitus hujusmodi instituat eum, ad quem transeuntes milites pertinent, sumptibus, atque adeo sine maleficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur, ac denique omnino observentur, quæ de conservatione pacis publicæ Imp. constitutiones decernunt & ordinant. Quibus igitur modis ac rationibus cavendi si transiturus miles satisfacere nolit, justa est eundem repellendi causa, quod si vero satis cautum sit, & per transitum istum domino territorii nihil decedat, non sine injuria denegari potest. vid. omnino Thom. Maul. de pace publ. cap. 19. fol. 85. Strauch. Diff. de Imper. maris. c. 8. §. 2. Fritsch. tr. de Via publ. c. 8. n. 7. & Nicol. Myler. ab Ehrenbach. de Princ. & Stat. Imper. part. 2. c. 67. num. 6.

Quando autem de jure viarum publicarum ago, non ^{viæ publicæ} alias intelligi, quam rusticas, sive tales quæ extra oppida per ^{ad Regalia} agros protenduntur, superius annotavi, & de his viis jus disponendi inter regalia refertur, 2. Feud. 56. idque asserunt DD. pene omnes, solo, ut testatur Ziegler. de Jur. Majest. L. 2. c. 17. §. 9. dissentiente Johann. Bodino Libr. 1. de Re- publ. c. ult. n. 170. & quidem sine ratione; cur autem inter regalia referri debeat, argumenta potissimum hæc tria cumulari solent, (1.) quod solum sit publicum, & speciale ejus dominium ad principem pertineat, atque adeo ipsa via a Principe constitui debeat; (2.) quod intersit reipublicæ, ut viæ bene munitæ existant & conserventur, & tandem (3.) quod securitas in viis publicis a nemine tanta cum autoritate præstari

stari queat. Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 20.* Vultej. *de feud. L. 1. c. 5. n. 7.* Franc. Hottomann. *ad 2. Feud. 56.* Ziegler. *diff. Loc.* Quod primum & tertium attinet, ea impræsentiarum extremo digito attingere, secundum-vero, conservationem scilicet ac reparationem viarum publicarum, & quid mihi circa eandem justum esse videtur, pro instituti ratione ac ingenii modulo latius explanare animus est.

VI.

Nihil perpetuo durabile.

Interest reipublicæ viarum strata esse commoda.

Nihil enim vel natura vel arte tam solidum esse, quod continuo & nunquam interrupto usu non conteratur, experientia redditur manifestissimum. Exempli loco sunt viæ publicæ ac regiæ, de quarum usu deteriorato viatores sæpe graviter conquerentes audimus. Ut flumina, urbes, & regna suas habent fatales periodos, sic & viæ regiæ oriuntur, ac moriuntur, crescunt, decrescunt. Plurimum vero Principis interesse, tritas & commodas in republica sua habere vias, apud omnes in confesso est; namque non solum decorum est, vias regales glareâ sterni ac marginari, ut loquitur Livius *lib. 1. dec. 5.* Sed & necessarium, tum quia viarum munitiones non tam personarum sunt, quàm locorum, *L. 14. §. 2. ff. de muner. & honor.* tum quia frequentior hoc ipso reddetur negotiatio, quæ reipublicæ summe utilis ac necessaria, vid. Hahn. *ad Wesenb. Tit. de contrah. emt. num. 4.* Neglin. *Tract. vom bürgerlichen Stande. cap. 16. apud Maximil. Faust. in Consil. pro arario.* ubi tradit: Zu beständiger Fortbringung dero in all und jeden Städten nothwendigen Kauffmannschafften und Handthierungen, ist viel daran gelegen, daß die Wege und Strassen in Bau und Wesen erhalten, die Städte fleißig gepflastert, die Brücken steif und wohl untersetzt, und die tieffe, sumpffige oder von Wassergüssen zerrissene Wege umb jede Stadt wohl aussgebessert

bessert werden: in Betrachtung, daß die Zu- und Abfuhr, sowohl das Wandeln zu Roß und Fuß etwas ohnbequem, bald auch hierdurch die Gewerbe selbst darnieder liegen müssen. Sed cum in conservandis ac reparandis viis hodie pa-
 rum diligentiae quibusdam in locis adhibeatur, sapius etiam ^{Negligens} cura viarum ^{fisco dam-} non sine gravi fisci damno discendum est, quantum fructibus ^{nosa.} vectigalium & pedagiorum inde decedat. Res sane iniquissima est repudiato onere solum lucrum sentire velle, nec moveri tot querulantium incommodis. Viderunt ac optimo consilio ponderarunt remissam hanc & fere neglectam quorundam in reparandis viis ac itineribus publicis curam ordines Circuli Saxoniae Superioris, unde in monitis suis circa Ordinationem Politicam Imperii peculiarem titulum *de reparatione viarum publicarum*, illi inseri, necessarium ipsis visum fuit, quo singulari mandato viarum refectionem suis praefectis & questoribus injunxerunt. vid. Corpus Juris Saxon. part. 1. pag. 331.

VII.

De Salomone Rege testatur Flavius Josephus *de anti-* ^{Cura Salo-} *quit. Judaic.* quod stratas & vias publicas non solum sum-
 ptuose & pulcherrime instruendas curaverit, divina, ait, qua-
 dam diligentia & prudentia rebus in omnibus utebatur; &
 cum esset elegantiarum amator, ne viarum quidem curam
 pratermissit, sed & harum, quotquot Hierosolymam regiae
 sedem ducebant, silice constravit, tum ut ultro citroque
 commeantibus essent faciles, tum ad ostendam hae quo-
 que parte principatus sui magnificentiam. A priscis Roma-
 nis viarum cura sancta & religiosa fuit habita, adeo ut pro-
 more gentili certa viis Numina praesse dixerint, quae Diivii
 dicebantur. Plautus Lares viarum appellat, sicut & Apollo
 apud Pausaniam praeses viarum nuncupatur, *Frider. Mindan.*
 de

Viarum
magnificen-
tia apud Ro-
manos inter
fabricarum
miracula fuit.
Cura viarum
quibus de-
mandata fue-
rit apud Ro-
manos.

de Interdict. tit. 3. num. 19. Wissenbach. volum. 2. Disp. ad pandect. 23. th. 21. tanta olim viarum per totam Italiam magnificentia fuit, ut straturam earum tribus fabricarum Romanæ reipublicæ miraculis adnumeret Halicarn. *Lib. 11. Roman. Antiq.* florente autem republica viarum cura censorum propria fuit in urbe, Liv. *Lib. 41. cap. 27.* Censores, ait, vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas marginandasque primi omnium curarunt. Cicero de LL. Censores urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentur. Postea peculiare viarum publicarum magistratus electi fuere, qui ob id viocuri dicebantur, Varro *Lib. 4. de lingu. lat.* vel viarum curatores, *L. un. ff. de via publ.* quatuor autem viri vias urbis curabant, unde quatuorviri dicti, de quibus loquitur Jctus in *L. 2. §. 30. ff. de Orig. Jur.* Tandem vero unicuique viæ suus dabatur curator, atque hinc etiam dignitatis gerebat nomen & titulum, qualis sæpe fit mentio curatoris viæ Appiæ, Salaris, Flaminis, &c. & hi fere sunt illi magistratus, quorum incuriam & negligentiam perstringit Tacitus *L. 3. annal.* Sed & ipsi Imperatores & alii magistratus atque viri illustres viis everfis & corruptis reparandis, dimetiendis & signandis, per provincias summo sæpe cum studio incubuerunt, suamque hanc operam per inscriptiones posteritati commendarunt, quales plures ex antiquis lapidibus recenset Thomas Reinesius *var. lect. lib. 3. cap. 16.* in quibus per sæpe encomium hoc extare voluerunt, quod sua pecunia fecerint aut refecerint. Addi possunt quæ in hanc rem collegit Alexander ab Alexandro *gen. dier. lib. 3. cap. 13.* Annæ Robert. *rer. judicatar. L. 2. cap. 3.*

VIII.

Modus sternendi vias apud Romanos.

Modum autem sternendi vias, quo usi sunt Romani, ex Plutarcho in vita Grachi paucis exhibet Henel. *in otio uratislav.*

tislav. cap. 7. & quod non minus utilitatis, quam pulchritudinis venustatisque ratio habita fuerit, docet. Ducebantur, ait, viæ rectæ per regiones, & partim lapide ad hoc casu & dolato, partim congeffis arenarum cumulis infternebantur, cavitates implebantur, & qua convallibus aut torrentibus in-
 terrumperentur, pontibus jungebantur. Siquidem, ut ab utraque parte eandem naçtæ altitudinem, fpectatu admodum pulchræ effent. Ad fingula milliaria, quibus a mille paffibus est nomen, finguli lapides in gratiam iter facientium collocabantur: quales multi hodieque in veteribus viis cum notis & numeris fuis extant. Et hæc quidem viarum Romanarum quondam ratio: inter quas fane nobiliffima fuit, quæ dicitur Appia, ab Appio Claudio, Cenfore, cognomine Cæco, ftrata primum atque munita, a Cæfare pofttea inftaurata, a diverfis Imp. priſtino decori fubinde reſtituta; in qua vir expeditus quinque diebus, quod percurreret, habuit. Protegebatur hæc via Capuam, imo Brundufium uſque: tam lata, ut duo currus obvii libere commearent, tam firma, ut laxi nihil aut foluti appareret, perinde ac fi faxum eſſet unicum &c. In regno Franciæ, referente Gregor. Tholoſano *lib. 3.* *Syntagm. c. 13. ſ. 5.* peculiaris eſt regius magiſtratus, qui curam viarum exercet, vocaturque Maïſtre des ponts, paſſages & chemins. Jac. van der Gräf. *de Regal. cap. 34.* Mornac. *Obſ. ad L. 8. ff. de S. R. P.* in Gallia, ait, licet cura viarum omnium, feu ſint urbicæ feu ruſticæ ad viocuros (Voyeurs) prima cognitione pertineat; tamen ſi viæ publicæ exemptæ ſit commeatus, vel via coarctata, ita ut certi fines latitudinis conſtituendi ſint, tunc ſumma Senatus Jurisdictionis eminent ſupra viocuros, Henel. *d. l.* ubi allegat Annaum Robertum *L. 2. rerum Judic. cap. 3.* de Aurelia urbe afferentem, vix aliam civitatem, non in illo tantum Franciæ regno, ſed in orbe Chriſtiano reperiri, quæ vias publicas, undequaque tam in-

Quid in
 regno Fran-
 ciæ obtineat.

tra quam extra urbem habeat adeo commode instructas, ac lapidibus stratas, quales Aurelia ipsius patria in mediterraneo Franciæ ad Ligerum fluvium sita. Optandum sane esset, ut etiam ubique locorum in Germania tales peculiare Magistratus constituerentur, qui viis publicis earumque reparationi prospicerent.

IX.

Via privata
à domino
reparanda.

Cura viarum
publicarum
pertinet ad
principem
sive dominum
territorii.

Cæterum ut redeam ad Romani Imperii Statum, sciendum est, quod, si super reparatione viæ devastatæ contenditur, distingui soleat inter viam publicam & privatam; Nam si via sit privata aut vicinalis, quæ impetu aquarum fuit devastata, vel casu, tunc dominus tenetur, vel vicini contribuent in via vicinali reficienda vel reparanda, *L. 1. § 4. ff. de itin. actiue priv.* Belsold. *Thef. pract. vocab. Weg, Strassen.* Quod secus in refectione viæ publicæ, cum enim viæ publicæ inter regalia numerantur, & ad dominos territorii pertinent, *Surd. Consil. 321. Michaëlis, de Jurisd. concl. 10. lit. b. Stephani, de Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 399. Jac. van der Gräf, de Regal. cap. 26. Harpprecht. Conf. 49. qu. 13. num. 242. § 243.* inde reparare vias, easque factas rectas conservare ad illos hodie spectare dicitur, *in deren Zwång und Bannen solche Strassen gelegen, Belsold. in tr. de Jur. § divisi rer. cap. 2. num. 8. Fritsch. d. tr. de Regal. viar. publ. jur. c. 14. num. 13. Harpprecht. d. l. num. 244.* quia enim solum publicum est, & ad eum pertinet, qui publico Imperio præest, ipsius quoque est vias publicas munire, & bene munitas conservare. Et sane multum refert, cujus autoritate munitio illa aut reparatio fiat. Poterit enim etiam privatus vel opera sua vel mandato efficere, ut via bene complanata, & itineribus faciendis apta sit, neque involare eum Jura Majestatis propterea illico dixerim; Sed uti fere id arbitrarium saltem est, & mere voluntarium, atque
in

in parte tantum aliqua, eaque sæpe admodum exigua absolvi-
tur, ita metuendum est, ne aliquando sit, qui nullam ejus
loci curam amplius gerat, & sic viæ tandem fiant plane in-
via. In Principem vero sive Dominum territorii si cura hæc
devolvatur, cessabit metus iste, & faciliore cum successu via-
rum aut constructur, aut retindegrabitur ductus, accedente
præsertim potestate ad totum territorium & universos sub-
ditos sese extendente. Et vel ex historia Romana nota res
est, quam negligentes quandoque ab hominibus privatis ha-
bita fuerit cura viarum publicarum, etsi eam autoritate publi-
ca suscepissent. Plurima per Italiam fraude Mancipum &
incuria Magistratum interrupta & impervia facta refert Ta-
citus *lib. 3. annal.* Mancipes scil. erant, qui vias publicas resi-
ciendas quæstus sui causa redimebant, uti recte *ibi explicat*
Lipsius. Talium redemptorum mentionem facit Hyginus,
dum ait: *viae publicæ auctorum nomina obtinent, & curatores*
accipiunt, & per redemptores muniuntur. vid. omnino Ziegler.
de jur. Majest. lib. 2. cap. 17. §. 12. Quod si tamen con-
stet, devastationem viæ publicæ contigisse facto alicujus pri-
vati, tunc omnino is imprimis cogendus esset ad reparatio-
nem, quoquo modo causam dederit ruinæ & devastationi,
quod etiam procedit si vel consuetudine aut lege aliud in-
troducendum, uti multis in locis servatur, testante Lauterbach.
in Colleg. theoret. pract. ad ff. tit. de via publ. §. ult. confer.
Befold. ad voc. Weg, Strassen.

X.

Cum itaque vias publicas munire easque factas rectas
conservare principi sive domino territorii incumbat, facile
apparet, quid sentiendum sit de quæstione: si via publica in-
tra duo territoria existat; *utrum nimirum communis sit vici-*
nantium, & consequenter ad ejusdem reparationem & conser-
vationem

vationem uterque dominus territorii teneatur? quod affirmo: eum enim translaticium sit, communia esse flumina, inter duo territoria existentia, usque ad alvei dimidiam, Fr. Marcus *Decis. Delphin.* 333. n. 12. Boer. *Conf.* 24. num. 15. Valent. Forster. *de Jurisd. Rom. part. 2. sect. 2. n. 16.* H. Pistor. *lib. 4. qu. 17. n. 18.* eadem ratio in via publica militare videtur, atque idem juris obtinere censendum arg. *L. 32. ff. ad L. Aquil.* unde etiam ad evitandas lites, quas communio omnis sua natura parere solet. *L. 77. §. 20. ff. de Legat. 2.* majorisque certitudinis gratia, interdum in medio viae terminos seu lapides finales conspicimus positos. Sicuti igitur hoc casu, quando via publica inter duo territoria communis existit, transitus e. g. ab utroque domino unum postulari debet, & vectigalium commoda & fructus communes sunt, sic etiam omnino consequens est, ad utrumque territorii dominum viae communis conservationem, reparationem & ab omni malotuitionem pertinere. vid. Volck. Bechmann. *Diss. de Jur. viar. 6. 8. §. 2.*

XI.

Cura viarum urbanarum non immediate ad principem pertinet, sed mediate, scilicet mediante magistratu.

Cura autem viarum urbanarum non ita immediate ad principem sive dominum territorii spectat, uti pertinet cura viarum rusticarum. Keckerm. *System. polit. r. cap. 21.* Knipschild. *de Jur. civ. Imp. lib. 5. cap. 26. num. 56.* in oppidis enim & urbibus Magistratibus mixtum imperium concessum, ut secundum Jurisdictionem suam ea procurent, quae ab Aedilibus procurari debuissent scribit Papinianus in *L. un. ff. de via publ. §. si quid in ea fact.* Accedit, quod viae urbanae a quibusdam inter res, quae sunt universitatis, referantur, & excludantur a rebus quae sunt Juris publici proprie dicti, vid. Wefenbec. *Consil. 33. num. 54. seqq.* Schneidew. *Epit. feud. pag. 190.* Et ex hac ratione neque praetoris

toris interdictum ad vias urbicas extensum voluit Ulpianus. *Harum enim*, inquit, *cura pertinet ad Magistratus*, L. 2. §. 24. ff. *ne quid in loc. publ.* Et hoc adhuc hodie quin obtineat, dubium nullum restat, nam quod attinet plateas & vias in urbibus, eas integras & mundas esse magistratus curare quotidie videmus, & quidem quandoque per subofficiales ad curam hanc specialiter deputatos, *Weg-Ambt-Leute, Gassen-Haubt-Leute*. Nec tamen exemptæ propterea viæ Principi urbanæ prorsus sunt a majestatis imperio, nec omnino nulla circa eas ad principem venit cura. Quin potius competit ei, qui summum habet imperium, jus præscribendi architectis, quousque & quatenus ædes cujusque extrui debeant, & quantum plateis relinquendum sit spatium, tum &, si minus sufficiens fuerit magistratus potestas, jus tuendi ac securas reddendi easdem ab omni vi & injuria hominum malefactorum. Sed utrumque hoc principis officium, ex alio fere regali fluit, & primum quidem ex jure urbis aut oppidi extruendi, alterum ex jure præsidii imponendi. Et interest profecto civitatis, vel sanitatis tuendæ causa, ad avertendum periculum incendii, vel ad ornatum etiam, vel denique ad commercia commode exercenda, plateas habere tantæ latitudinis, quanta cuique rei sufficiens fuerit. Jus autem securitatis publicæ præstandæ, non alii competit magis, quam principi, qui summum tenet in ea civitate Imperium, quandoquidem præsidium non ideo tantum imponitur, ut hostium vioentas invasions arceat, sed etiam ut inter ipsos cives quietem publicam & securitatem tueatur. Ziegler, *d. tr. de jur. Majest. L. 2. c. 17. §. 8.* Sed satis de cura viarum urbanarum, & ne extra tramitem ambulare videar, ad refectio-nem & conservationem viarum publicarum sive rusticarum rursus me confero.

XII.

Modus in
refectione
viarum ob-
servandus.

Circa refe-
ctionem via-
rum cavend-
um, ne tem-
ere fiant
sumptus.

Qualiter autem viæ publicæ reparari & conservari debeant, ad architectos pertinet dispicere. Circa refectionem tamen & reparationem videant & caveant illi, quibus ea cura imposita est, ne sub specie reparationis viam faciant deteriorem, propter quod neque latiore, neque longiore, neque altiore, neque humiliores viam sub nomine reparationis quisquam potest, vel in viam terrenam glaream injicere, aut sternere viam lapide, quæ terrena est, vel contra lapide stratam terrenam facere, *L. 1. §. 2. de via publ. refic.* id inquam non licet, si via fiat deterior. Deteriorem autem viam fieri sic accipiendum est, si ujus ejus ad commeandum corumpatur, h. e. ad eundem vel agendum, ut cum plana fuerit, clivosa fiat, vel ex molli aspera, vel angustior ex latiore, aut palustris ex sicca, *L. 2. §. 32. ff. ne quid in loc. publ. Licebit ergo, si melior fiat, Peter Frideric. Mindan. de Interdict. tit. 3. num. 34.* Cavendum tamen etiam hoc casu, ne temere fiant sumptus, neve profuse nimis se gerant viarum curatores. Nec errabunt illi, si relationes ea de re fecerint ad principem. Id ita voluit Serenissimus Saxo circa viam Kembergensem, in der Policeny Ordnung Anno 1612. Tit. Rent Sachen num. 18. verba hæc sunt: Auf daß auch des Kembergischen Weges halber, die Fuhrteurthe in Schaden nicht gebracht würden, haben wir den Hauptmann und Schöfser zu Wittenberg auferlegt, die bösen tieffen Kembergischen Wege und Strassen noch vor Winters auszubessern, uns auch einen neuen Anschlag zu überschicken, und darneben zu berichten, ob füglich diese Wege auf die Höhe zu führen, und mit was Kosten es von Jahren zu Jahren geschehen könne. Wenn nun solcher Bericht uns fürgetragen wird, wollen wir darauf ferner, was die Nothdurfft erfordert, anordnen und zu Wercke richten lassen. Ziegler. d. l. §. 14.

XIII.

XIII.

Quoniam vero sine viis publicis aut fluminibus, tam persona quam bona de loco ad locum vix transferri possunt, & in iisdem reparandis ac conservandis non modicus labor, imprimis vero magni sumptus requiruntur, ideo pro earum refectione vectigalia imponuntur, ac merito exiguntur, Gräf. de Regal. c. 70. Klock. de Erario lib. 2. c. 77. num. 21. Fritsch. d. tr. de Regal. viar. publ. Jur. cap. 9. Hinc in Imperio Romano germanico Principes & Imperii Status in compensationem reparationis & tutelæ, superioritatis jure, vectigalia olim a Majoribus indicta, cum consensu imperiali aut alio titulo legitimo acquisita, hodie libere exigunt, ac pleno jure secundum modum consuetum aut quantitatem consuetudine introductam percipiunt. Sixtin. de Regal. l. 2. cap. 6. n. 14. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 33. Buxtorff. ad A. B. concl. 91. Arnif. de Jur. Maj. 3. cap. 7. num. 7. Myler. ab Ehrenbach. de Princ. & Stat. Imp. part. 2. cap. 64. n. 1. & 2. Quod in specie civitatibus quoque Imperii merito attribuit Knipschild. de Civit. Imp. L. 2. cap. 18. num. 1. & 30. Vectigalis autem vel telonium in sensu stricto describitur: Quod ^{Definitio} vectigalis. ^{est} onus quoddam, quod pro mercium vectura aut transitu Principi in auctoramentum præstitæ securitatis & refectionis viarum publicarum præstat. Etsi enim negari nequeat, vectigal rebus magis competere, quæ invehuntur aut evchuntur, a vectura sive a vehendo deductum, tamen etiam id, quod a personis transeuntibus exigitur, denotat, atque hinc notanter dixi, vectigal pro mercium vectura aut transitu solvendum esse, ut includerem id, quod a persona pro solo transitu quandoque exigitur. Ziegler. cit. tr. de Jur. Maj. L. 2. c. 5. f. ult. Dividitur ergo in portorium & pedagium. Illud ^{Dividitur in} pro importandis vel exportandis mercibus solvitur, & est vel ^{portorium &} portorium & ^{pedagium.} pedagium. ^{Prius sub} Prius sub ^{Zoll,} Zoll, ^{dividitur.} dividitur.

Zoll, vel navale, Wasser:Zoll. Pedagogium, quod a personis transeuntibus præstatur, cujus in Jure Canonico sæpius fit mentio *c. 4. de Cens. in 6to. c. 4. X. eod. c. 26. vers. præterea. X. de V. S.* Italis dicitur pedaggio. In Hollandia sub nomine Passage-Gelder venit. Huc etiam referri solet Quidagium pro securo transitu, Geleits:Zoll. Lauterbach. in *Colleg. Theoret. Pract. ad Tit. de Veitig. th. 12.*

XIV.

Vtrum pro solo transitu pedagogium recte exigi possit?

Sed an pro solo transitu per vias publicas territoriorum Domini pedagogium, vulgo das Weg:Geld, recte exigant, non inconcinnè disquiritur? Ego, ut rationes in contrarium latius adducendas præteream, absque hæsitatione sententiæ affirmatiæ nomen & calculum meum subscribo, quæ etiam placet Klockio in *suo Tr. de arario L. 2. c. 77. num. 21.* ubi ait: Si (1.) necessitas vel utilitas publica hoc efflagitet, ut pontes exstruantur, & novæ viæ sternantur, & (2.) Magistratus, qui vias & pontes exstruere vel reficere cogitur, ex ordinariis proventibus illos sumptus ferre nequeat, nec non (3.) justa & rationabilis causa subsit, hoc casu ejusmodi pedagogia, Weg:Geld, institui posse dubitandum non est. Nicol. Everhard. Præses *Consil. 3. num. 10.* Roland à Valle *cons. 34. num. 36.* æquitas igitur horum vestigialium dependet ab immensis impensis, quas in viarum & pontium refectiones & exstructiones collocari oportet. Hinc videmus sæpenumero, etiam antequam pontes exstruantur, viæque reparentur, in singulos collectam sive tributum indici, quo expensæ compensari possint, quod postmodum in utilitatem communem tendit, commerciorum & negotiationum causa. Adde impensas, quæ ad conservationem viarum necessariæ, damit die Wege und Stege in haulichen Wesen erhalten werden, aduersus imperus & inundationes aquarum, adver-

adversus tempestates, glaciem, imbres & ventos. Hæc Klock. *d. loc.* Accedit, quod Principes alicuius Status Imperii de regalibus omnimodaque jurisdictione investiti in suis Territoriis sint Domini viarum publicarum, & possint extraneis subditis interdicerere, ne aliter, quam ipsi velint sua loca ingrediantur. Nec obest *d. c. quanquam. 4. de cens. in 6to.* nam ibi a necessitate solvendorum pedagiorum eximuntur tantum clerici, cæteri ergo non exempti remanent sub illa potestate arg. eorum, quæ tradit Everhard. *in loc. ab exceptione ad regulam.* plura qui videre cupit de hac controversia, evolvat Georg. Becht. *de securit. & salv. conduct. concl. 68. & seq.* Fritsch. *d. Tr. cap. 9. num. 5. & seq.* & Klock. *cit. loc. num. 14. & mult. seqq.* ubi latius.

XV.

Sicut autem jam olim apud Romanos vectigalia sine Status Imperatorum præcepto, neque præsidii, neque curatorii, neque curiæ constituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere vel diminuere licebat, teste Hermogen. *in L. vectigal. 10. ff. de publican. & vectigal. Bulenger. de vectig. sap. 1. & 2. Knipschild. de Civit. Imperial. lib. 2. cap. 18. num. 2.* Ita quoque moribus hodiernis vectigalia vel nova erigere, vel vetera augere, in Imperio Romano-germanico nulli omnino licet absque speciali Imperatoris concessione, requisito insuper Electorum consensu. *Limnæus ad Capitul. Caroli V. art. 18.* Adeo ut Camera Imperialis, si Princeps vel Status Imperii quicquam in contrarium intendit, mandata sine clausula inhibitoria ac restitutoria, præter extraordinariam pœnam decernat *Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 13. num. 12. Gylmann. 3. symphor. verb. vectigal. num. 186.* Hinc quilibet circulus jubetur in *R. I. de Anno 1576. §. D* Weiters

Weiters seynd: in hosce vectigalium flagellatores inquirere, ut at debitam & condecemtem pœnam trahantur juxta verba Myleri ab Ehrenbach. *de Princ. & Stat. Imp. part. 2. cap. 64. num. 3. & 4. vid. Denais. in Jur. Cam. Rubr. 231. Frider. 2. de mand. c. 42. num. 7.*

XVI.

Neque Status Imperii propria auctoritate vectigalia secundaria, vulgò Wehrzölle erigere possunt.

Hinc facile patet, quod nec Status Imperii propria auctoritate vectigalia secundaria, sub vocabulo **derer Wehrzölle** erigere possint; concordat enim non tantum jus civile in d. L. 10. ff. de publican. & *vehtig.* ubi qui instituire nequit nova, nec vetera augere potest, cum in hac materia, omnis innovatio pro novo vectigali reputetur L. 9. §. 8. ff. eod. ibique DD. Quæcunque igitur ad institutionem novorum vectigalium requiruntur & ibi dicuntur, ea etiam antiquis augendis applicari debent; Et sic æque in augendis antiquis, quam instituendis vectigalibus novis, Imperatoris concessio ac Electorum consensus desideratur. Verum etiam in cit. R. J. de Anno 1576. §. **Weiters sind wir Euch.** communi omnium Imperii Statuum consensu, omnia nova vectigalia, **sie seyen zu Wasser oder zu Land, ohne einigen Unterschied, ob es Haupt- oder Wehrzölle sind,** sine Imperatoris concessione & Electorum consensu erigi prohibentur. Hac confirmat Capitulatio Caroli V. art. 18. ibi: **Wir wollen hinführ keinen Zoll von neuen geben, noch einigen alten erhöhen, ohne besonder Rath, Wissen, Willen und Zulassen der sechs Churfürsten.** Quodd etiam repetitum in Capitulatione Ferdinandi I. art. **Wir sollen und wollen auch insonderheit** Sc. 17. Maximiliani II. art. 9. & Rudolphi II. art. 16. **ibi: Da auch jemand, weß Stands oder Wesens der wäre, neue Zölle, ausserhalb unser Begnadigung, und der sechs**

sechs Churfürsten Bewilligung, angestellet hätte, oder künftiglich anstellen würde, dieselbe wollen wir, so bald wir dessen in Erfahrung kommen, durch Mandata sine Clausula, und in alle andere mögliche Wege, davon abhalten, und ganz und zumaln nicht gestatten, daß jemand's de facto und eigenes Fürnehmens, neue Zölle anstellen, oder sich deren gebrauchhen, und einnehmen möge. Quod iisdem verbis reperitur in Capitulatione Matthiæ, art. 21. addatur Capitulatio Ferdinandi II. art. 17. Ferdinandi III. art. 20. ibi: Sollen alle und jede, ohne ordentliche Verwilligung des Churfürstl. Collegii ausgebrachte Concessionen (multo magis die selbst eingeführte neue Zölle) unter was Schein und Namen dieselbe immer erhalten worden, null und nichtig seyn. Capitulatio Leopoldi art. 22. ibi: Wir wollen keinen Zoll von neuen geben, noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen, auch von uns selbstnen keinen aufrichten, erhöhen oder prorogiren, es seyen dann die Benachbarte und interessirte Stände, und dero erforderthes, auch in gebührende Consideration ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen, und hernacher aller und jeder Sieben Churfürsten Wissen, Willen, Zulassen, und Collegial-Rath, mit einhelligem Schluß, also und dergestalt in diesem Stück vorgangen, daß keines Churfürsten Wiederred oder Dissens dargegen, sondern alle und jede dero Collegial-Stimmen einmützig seyen: massen wir disfalls die Majora nicht attendiren, auch ohne vorhergehende Unanimia, den Supplicirenden mit seinem Begehren gänzlich hinweg und abweisen wollen. Adjectis porro iisdem formalibus, quæ supra ex Capitulatione Rudolphi II. Matthiæ, & sequentibus, de mandatis sine clausula, relata sunt. Id quod etiam iisdem verbis continetur in Capitulatione Josephi art. 20. & capitulatione Gloriosissimi nostri Imperatoris Caroli VI. art. 8. ubi sine E-

lectorum & Statuum vicinorum unanimi consensu nova vectigalia non solum erigi, verum etiam vetera multiplicari & prorogari, generaliter & in totum absque ulla limitatione aut exceptione, sie mögen Haupt- oder Wehr- Zölle seyn, prohibentur. Addatur Instrumentum pacis Casareo-Suecicum, de Anno 1648. art. 9. ibi: *Et quia publice interest, ut facta pace commercia vicissim restrorescant, ideo (S quidem absque ulla limitatione vel exceptione) conventum est, ut quae eorum praesudicio S contra utilitatem publicam, hinc inde per Imperium, belli occasione, noviter, propria auctoritate, contra jura, privilegia S sine consensu Imperatoris atque Electorum Imperii, inuenta vectigalia S telonia, omniaque alia inusitata onera S impedimenta, quibus commerciorum usus deterior redditus est, penitus tollantur.* Ex quibus omnibus luce meridiana clarius apparet, omnia vectigalia secundaria, aut quae sub eorum nomine eriguntur, pro illicitis & hisce legibus prohibitis iudicanda esse. Confer. *Mindan. de Mandat. Jud. L. 2. c. 42. §. 4.* ubi in simili casu civitatem Colonensem contra Dominum Archiepiscopum mandatum Camerale sine clausula impetrasse testatur. Nec adversariis quidquam patrocinator illud: *Daß die aufgerichtete neue Wehr- Zölle zu der Fuhrleute mehrerer Gemächlichkeit angesehen wären, damit sie ihre bequeme Neben- Wege gebrauchen könnten, und doch keinen einigen Heller mehr, als wann sie auf die Haupt- Zoll- Statt zu fuhren, geben dürfften, auch vielmehr dem Zoll- Herrn von denen Wehr- Zöllen kein Nutzen, sondern wegen aufzuwendenden habender mehrerer Kosten, Einbuß und Schaden zugeinge.* Nam sufficit, quod per superius adductas leges Statibus Imperii sub nullo omnino praetextu nova vectigalia erigendi vel priora propria auctoritate augendi aut prorogandi potestas interdicta sit. Hæc autem LL. Imperii publicis contenta

tenta prohibitio vectigalium secundariorum eo magis locum obtinet, quoties vectigalia secundaria in territoriis mixtis, ubi condomini sunt territoriales, vel unus in alterius territorio Regalia habet exercenda, eriguntur, quæ in aliorum præjudicium vergunt, aut ubi talia secundaria vectigalia vicinis nocent, uti præjudicio confirmat Ziegler. *de Jur. Majest. L. 2. cap. 7. §. 7.* conferatur etiam Klock. *in tr. de Vectigalibus.* ubi plura de vectigalibus secundariis. Caterum plura de hac controversia agitata quoque sunt inter Serenissimam Domum Brandenburgicam & civitatem Norimbergensem, & varia ex utraque parte pro & contra prodierunt Scripta, ad quæ lectorem B. remitto.

XVII.

Hucusque de authoritate, cujus scilicet auspiciis viarum publicæ reparari ac conservari debeant, necesse nunc etiam est, ut de mediis disquiram, cujus sumptibus ac impensis munitio aut resectio illa perficienda sit. Discrepantes omnino sunt DD. opiniones; Alii Principes & Status Imperii ad reparationem & conservationem viarum publicarum propriis sumptibus teneri, alii subditis onus hoc incumbere afferunt, alii in diversam ab his sententiam abire mutant. Qui resectionis viarum publicarum onus subditis imponunt, illi ad munera personalia illud referunt, *L. 1. §. 2. ff. de muner. & honor. indictionem* vero ad ordinarios Magistratus spectare volunt per *L. 3. L. 13. ff. de offic. Præs.* Bortius apud Arum. *vol. 1. jur. publ. discurs. 30.* quo facit *L. 4. C. de Privil. Dom. August.* ubi Imp. Honor. & Theodos. hisce verbis rescripserunt: *Ab sit, ut nos instructiones viae publicæ & pontium stratarumque opera titulis magnorum Principum dedicata, inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones reparationesque itinerum pontiumque nul-*

lum genus hominum, nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Fridericus II. Imp. ad Regni Institurium ita scribit: tunc nomen nostrum clarificabimus hæreditandum in posteris; cum fulgemus pietatis operibus in modernis, cum per ea, quæ in præsentia agimus, discretionem nostram futuris in speculo tribuimus. Hac igitur salubri intentione præmoniti, pontem coeptum in flumine Auidi periculoso sæpe viatoribus & damno, præcipimus compleri. Et quia de nostro tribuimus, cum de nostrorum facultatibus erogamus, sedulitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per homines terrarum jurisdictionis tuæ, quos inclusa schedula continet, quantitatem imponi facias interclusam, ea æqualitate & moderatione taxandam, ut nullus exinde rationabiliter conqueratur. Quam recollectam & dispensatoribus in opere ejusdem pontis facias assignari in ipsius pontis complemento utiliter convertendam. De jure civili res manifesta est, ad reparationem scilicet viarum omnes teneri, etiam Clericos, per *L. Instructiones. 7. C. de SS. Eccles. Nov. 131.* Ita ut etiam divinas domus & venerabiles Ecclesias tam laudabili titulo adscriptas esse Imp. testentur in *d. L. 4. C. de Priv. Dom. Aug.* ibique Perez. in *Comment. num. 4.* Ratio est: quod viæ publicæ maxime sint omnium usui & commodo, ut ducendis ac reducendis pecoribus, iisdem quoque pascendis, item equis cum vehiculis, vomeribus, plaustris eundis ac redeundis, qui vero commodum sentit, onus ferat, æquum est, Speidel. *Specul. notab. voc. Weg, Strassen.* Befold. *Thesaur. Pract. ead. voc.* ubi limitat in casu, quo constat devastationem contigisse facto privati alicujus, utpote qui tunc imprimis cogendus esset ad restitutionem, quoquo modo causam dederit ruinæ & devastationi.

XVIII.

XVIII.

Verum cum hodie secundum superius dicta eum in Hodie prin-
 finem vectigalia imponantur, ac ideo primitus instituta sint; cepts ad re-
 ut viæ magis explanatæ, & ad commodum iter facientium parationem
 aptatæ existant, principi hoc incumbere autumo, utpote viarum im-
 qui in viis publicis emolumenta vectigalium percipit, pensas ero-
 iniquum enim esset, ut, qui sentit commodum, onus ferre gare tenetur.
 recuset. Quo & facit Constitutio Friderici II. Imper. de
 Anno 1236. cap. 4. num. 3. apud Goldastum, Const. Imp.
 tit. 1. p. 82. ibi: Alle die Zölle nehmen, auf Wasser oder
 Land, die sollen den Wegen und Brücken ihre Recht halten
 mit Machen und Besserung, und von denen sie die Zölle
 nehmen, sollen sie beleiten nach ihrer Macht, als ferne
 ihr Gewalt gehet, daß sie nichts verlihren, wer dis
 bricht, der soll dem Reich ledig seyn. Goldast. Reichs-
 Sak. 2. p. 19. ubi a successoribus hæc constitutio repetita mo-
 netur. Quod si tamen consuetudine & longo usu, aut lege Limitatur
 municipaliter aliter introductum sit, in subditos cujusque pro- (1.)
 vincia hoc onus redundabit, ut vias publicas muniant &
 reficiant. Item si vel vectigalia a viatoribus non exigan- (2.)
 tur, quæ hunc in usum verti possint, vel si exigantur qui-
 dem, sed ea aliique fructus ex viarum publicarum usu per-
 cepti refectio non sufficiant, hoc quoque casu cujusque
 territorii incolas ad reparationem absque ullo personarum
 discrimine pro sua quaque facultate obligari dico, juris-
 dictio enim regulariter non parit obligationem ad reficien-
 dum, Struv. Ex. 45. ih. 55. ibique Müller. Quod &
 Siculus Flaccus de Condit. agror. pag. 11. suo tempore ob-
 servatum meminit, dum ait: *Vie aliter atque aliter mu-
 niuntur. Per pagos, id est, per Magistros pagorum, qui
 operas*

operas a possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt. Aut, ut comperimus, unicuique possessori per singulos agros certos spatia assignantur, quae suis impensis tuentur: Etiam titulos finitis spatia positis habent, qui indicent, cujus agri, quis dominus, quod spatium tueatur. Ziegler. de Jur. Majest. lib. 2, cap. 17. §. 21. Lauterb. in Coll. theoret. pract. ad tit. ff. de via publ. §. si quid in ea fact. esse dic. Oettinger de Jur. limit. L. 1. c. 8. num. 15. Struv. dict. Ex. 45. th. 55. ibique Müller. Stryck. in Vj. Mod. tit. de Via publ. §. 2. Unde moribus, quando viae publicae refectione opus habent, in subsidium ad refectionem plerumque collecta indici solet, Stryck. d. l. Idque extenditur ad omnes species, prout commodum atque necessitas postulat, scilicet ad constructionem vel reparationem maniorum, vallorum, fossarum, & munitionum. Burg/Wall und Graben/Geld. Mindan. de Interdict. tit. 4. n. 45. seqq. Stryck. & Lauterbach. cc. ll.

XIX.

Quando de Jure Can. Ecclesiis & Clericis ob necessitatem reparationis viarum collecta imponi possint?

Dixi superiori §. XVII. quod de jure civili res manifesta sit, ad reparationem viarum publicarum omnes teneri, adeo, ut Imp. noluerint quenquam immunem esse a refectione viarum & pontium, & ne quidem Clericos, divinas domos & venerabiles ecclesias, L. 7. C. de SS. Eccles. verum an hoc de Jure Canonico procedat, ut Ecclesie & Clerici contribuere teneantur ad reparationem viarum publicarum? contenditur. Negant id aliqui Canonistae ex hoc principio, quod laica potestas, quantacunque illa fuerit, nihil omnino statuere possit in rebus ecclesiasticis. vid. Theoph. Raynaud. de Coron. aur. pontif. p. 353. Joh. Gutierrez. Pract. quest. lib. 1. quest. 3. Joh. Azor. instit. mor. part. 1. lib. 5. c. 13. qu. 8. §. part. 2. lib. 10. c. 7. qu. 9. Verum ego affirmativam opinor

nor sententiam, si nimirum publica reparandi necessitas id exigat, & utilitas hujus refectionis, non tantum statum Laicorum, sed etiam Clericorum concernat. Extant enim hujus quaestionis decisiones in cap. non minus. 4. § c. adversus. 7. X. de Immunit. Ecclesiar. ubi etiam Ecclesiastici ad contributionem vocantur juxta naturale illud principium, qui sentit commodum, sentiat & onus, vid. Mev. Part. VI. decis. 127. quod tamen commentatores Juris Canonici in Ecclesia Catholico-Romana non aliter quam sub certis limitationibus admittunt, de quibus vid. Panormitan. in dd. cc. & Barbosa in Collect. ibid. § in cap. 2. d. t. § Jur. eccles. univers. L. 1. c. 19. §. 5. & Decisio Rotæ ibidem n. 8. inferra. Paul. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. c. 6. num. 7. § seq. P. Engel. ad Decretal. Tit. de immunit. Eccles. §. 2. num. 27.

XX.

Porro non ignobilis oritur quaestio: An forenses possident in districtu alicujus Principis, cujus via publicæ reparandæ sunt, possint collectari? affirm. quia usus & necessitas indicendi etiam ex parte ipsorum forensium intervenit per L. Sicut munitur. 11. ff. de vacat. mun. ibi: Via struenda. L. honor. 14. §. viarum. 2. ff. de muner. § honor. L. ad instructiones. 7. C. de SS. Eccles. L. 4. §. 5. de Cens. L. Rescripto. 6. §. ult. vers. nam quædam. ff. de muner. § honor. L. ult. §. hujusmodi. 22. ff. eod. Bocer. de Collect. c. 9. n. 18. Franzk. Lib. 1. var. resol. 20. n. 36. Fritsch. d. tr. de Regal. viar. publ. jur. cap. 14. n. ult. & Lauterbach. in Colleg. theoret. pract. tit. de via publ. th. ult. Cæterum hic notandum venit, quod ad conservationem viarum publicarum etiam pertineat, ne privatis concedatur in via publica, munimentum (quod apud priscos Romanos commune receptaculum omnium in familia defunctorum, in quo singulorum cineraria vel urnæ conderentur) extruere. L. 2. ff. de loc. § itin. publ.

E

ibique

teneantur
contribuere
ad refectionem
viarum.

Reliqui mo-
di indicantur,
quibus
via publica
conservari
possit.

ibique Strauch. *in Comment.* vel aliud quid fiat aut immittatur, quod iter publicum deterius redditur, aut comiteatus eximitur. *L. 1. §. 20. Et seqq. ff. ne quid in loc. publ.* Quemadmodum non raro fit, ut nullo habito itineris viæquæ publicæ respectu argilla, terraque fodiatur, aut lapis cadatur, unde fossæ & profunditates prætereuntibus non modo terribiles, sed vel aquarum stagnatione vel nivium oppletione hyberna, aut obscuritate noctis etiam periculosissimæ solent produci, quod minime ferendum. Mindan. *de Interdict. tit. 3. num. 51.* ubi etiam *n. 49.* interdictum de locis & itineribus publicis ad ea pecora extendit, quæ pascuntur in via publica, & deteriore faciant viam: quo non tantum sues & alia pecora noxia vias publicas subvertere ac corrumpere, vel etiam arclare & stabulando occupare prohibentur. Plura vid. apud DD. *ad tit. ff. de loc. publ. fruendo Et tit. de via publ.*

XXI.

Mandata
compulsoria locum
habent, contra
eos, qui
vias publicas
reficere tenentur.

Denique pro favore viarum publicarum introductum est, ut si illæ forte vel vecturarum attritu, vel pluviarum aut inundationum eluvie hient, excaventur, rumpantur, vel nullum vel difficilem euntibus, agentibus transitum præbeant, interdictis & mandatis compulsorialibus locus sit contra eos, quos vias fartas tectasque tenere & conservare decebat, imprimis si vectigal eo nomine percipiant. Mindan. *d. l. num. 52.* Struv. *Ex. 45. ib. 55.* ibique Müller. Et hæc pro ingenii mei tenuitate Dissertationis inauguralis loco dixisse sufficiant; Sitque proinde soli DEO Laus, Honor & Gloria, sine quo nullus est felix conatus & exitus unquam.

F I N I S.

COROL.



COROLLARIA.

I.

DE Jure Can. rescriptis clausula: Si preces veritate nitantur, non necessario inseritur, sed sufficit eam tacite intelligi.

II.

Si pater promittit, Titio dare in matrimonium unam ex duabus filiabus suis, et pendente patris resolutione Titius unam ex illis carnaliter cognoscit, pater nullam ex illis dare tenetur.

III.

In prescriptione bona fides de Jur. Can. omni tempore etiam in ultimo prescriptionis momento requiritur.

IV.

Mulier in dote praefertur omnibus creditoribus expressam et anteriorem hypothecam habentibus.

V.

Tacite, dos non constituitur, licet constituta renovetur.

VI.

In obligationibus, que diem habent, lapsus diei constituit debitorem in mora, nec interpellatio requiritur.

VII.

Possessio est species juris in re.



VIII.

In pacto antichretico, id, quod legitimas usuras excedit, non annuatim a sorte, sed tota summa superflui deducenda est a sorte, si hac a debitore solvatur.

IX.

Quarta legitima etiam in parentibus aucta est.

X.

Honorarium Advocatorum debetur, licet in casum victoriae promissum, et causa amabili compositione transacta sit.

XI.

Magistratus recipiens gabellam, Gelaid: Geld, de damno, quod a grassatoribus passi sunt transeuntes, tenentur.

XII.

Jus foresta et bannum ferinum maxime differunt.

XIII.

Inde Dominus concedens bannum ferinum jus foresta sibi reservare praesumitur.

XIV.

Femina semel a feudi successione exclusa per masculos, perpetuo censetur exclusa.

XV.

Vasalli successor intra annum et diem, petere debet a domino feudi renovationem investiturae, & polliceri fidelitatem, alias feudo cadit.

PRAE-

PRAENOBILISSIME ATQVE ERVDITISSIME
DOMINE CANDIDATE,
 HVIVS DISSERTATIONIS AVTOR,
AMICE ATQVE FAVTOR
 HONORATISSIME,

Diversus est in Academias studiorum gratia venientium exitus; quidam enim scientiis ad studia altiora necessariis parum præparati advenientes vel seram earum reparationem in fine vitæ Academicæ quærunt, vel solo titulo studiorum Academicorum & annorum numero inflati rudi & indocto ingenio in patriam redeunt: quidam optime quidem artibus, uti vocant, liberalibus instructi, vitæ Academicæ nimia, eheu, ex moribus hodiernis indulta licentia, sub libertatis colore, in irreparabilem sui abutuntur perniciem, juvenili errore seducti, tunc demum se studiorum cursum absolvisse, si Baccho & Veneri mascule litarunt, aut ex pluralitate rixarum temere motarum inhonestam sibi fortitudinis gloriam quæverint; quidam porro, si docti nomen affectant, per confusam rerum minus utilium ideam, vel rapsodiam saltem necessariorum studiorum perfunctorie aut à semidoctis leviter & quasi in transitu propositam sibi comparavisse, satis bene studia Academica finisse sibi videntur. Sed hi tandem omnes seram neglecti veri finis studiorum Academicorum poenitentiam agere necesse habent, redeunt enim in patriam vel ob defectum æris sui jam maxima parte exhausti, vel ob temporis inaniter consumpti

lapsum, non ob scopum, quo Academias intraverant, im-
 tratum. Ast generosior animus mature sapere & omnia ad
 finem, quo tendit, sine mora, componere studet. Te igitur
 nobilem animo & sapientem laudo, DOCTISSIME DN. CAN-
 DIDATE, quod non solum Academias intraveris, studiis ad
 altiora necessariis satis bene instructus, sed etiam prudenter
 temporis rationem habueris, & interrupta serie diligentem
 studiis Tuis operam ita adhibueris, ut ducentibus Te vere
 doctis & laudatis præceptoribus, solidam Tibi scientiarum &
 Jurisprudentiæ peritiam acquisiveris, & citius ad metam cum
 applausu perveneris, quam aliis post multam facultatum sua-
 rum profusionem & præterlapsa plurima annorum curricula
 ob negligentem & inverso ordine susceptam studiorum cultu-
 ram vix attingere datum est. Gratulor itaque Tibi de re Tua
 feliciter confecta, gratulor de solidiore eruditione & egregias
 Juris scientia comparata, gratulor & tandem de laudabili vitæ
 Academicæ exitu, quem finis meritis coronat honoribus. An-
 nuat porro DEUS omnibus coeptis Tuis, & strenuæ industriæ
 Tuæ fructus largissimos pariter ac jucundissimos aliquando Te
 percipere jubeat, quod summa votorum est

PRAENOBILISSIME ATQVE DOCTISSIME
 DOMINE CANDIDATE

*Tui ad omnia officiorum genera
 paratissimi*

G. H. Sincens, D.
 JUR. PROF. PVBL. ORD.
 M. T. FACVLT. DECAN.

Aver-

Avertissement.

Sachdeme der auf dem Titul-Blat bemerkte Verleger und Buchhändler Linderes zu Schwabach seit etlichen Jahren her durch verschiedene Correspondenzen erfahren, daß hier und dar viele Disputations-Liebhabere sich befinden, aber nicht wissen, daß solche bey ihme zu haben, und wie sie selbige zur Hand bringen können; Also hat er durch dieses kund machen wollen, daß er nicht nur allbereit einen Vorrath von vielen tausenden, aus allerhand Facultäten, besitze, sondern noch alle Messen die auf den berühmtesten Universitäten herauskommende Disputationes in Menge anschaffe, jederzeit einen Catalogum darüber drucken lasse, und solchen einzeln gratis austheile, Bänd-weiß aber jeden Band um 15. Kreuzer, das Alphabeth Disputationes hingegen um 16. Kreuzer baarer Bezahlung abgebe, auch allensfalls die Bände auf jedes Kosten ad statum perlufrandi communicire. Wer nun also Belieben hat, sich dieser guten Gelegenheit, indeme sowohl mit denen täglich hier durchgehenden Boten und Fuhrleuten, als auch über Nürnberg, aller Orten hin die Beförderung geschehen kan, zu bedienen, darf sich nur ohne weitem Umschweif durch Briefe, jedoch daß selbige Franco eingesendet werden, an mich adressiren, und das Anständige begehren, da ihme dann so gleich willfahret werden solle.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

100 (10) 100
100

100






Altdorf, Diss., 1728

X 2389256







23

Publ. 12. April 1743

1743.2

3

P. 140.

FAVENTE
SVPREMO NVMINE,
CVIVS PRAESIDIO VNICE SVFFVLTVS
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM JVRIDICAM
DE
CONSERVATIONE
ET
REPARATIONE VIARVM
PVBLICARVM
Von Unterhaltung gemeiner Wege
und Straßen
EX DECRETO ET AVTHORITATE
MAGNIFICI
ICTORVM ORDINIS
IN CELEBERRIMA NORIMBERGENSIUM VNIVERSITATE
PRO LICENTIA
SVPREMOS IN VTROQVE JVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
SOLENNITER CONSEQVENDI
PVBLICAE DISQVISIONI EXPONET
FRANCISCVS CHRISTOPH. DEDELL
KAPPENBYRGENSIS
D. XVI. DECEMBER. ANNO MDCCXXVIII.

SVOBACI
Sumptibus JOHANNIS JACOBI ENDERESII.
Recusa Anno 1743.

